



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1613**

Ex Historia Martyrvm Gorcomiensivm In Hollandia, Auctore Gvilhelmo Estio  
S. Theologiae Doctore Et Acad. Dvacensis Cancellario.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

EX HISTORIA  
MARTYRVM  
GORCOMIENSIVM IN  
HOLLANDIA,

*Auctore*

GVILHELMO ESTIO  
S. THEOLOGIAE DOCTO.  
RE ET ACAD. DVACENSIS  
CANCELLARIO.

DE DVOBVS FRATRIBVS  
PRAEMONSTRATENSIS OR-  
dinis Adriano Hiluaribecano, &  
Iacobo Lacopio.

CAP. 38. LIB. 3.

*Adrianus  
Hiluaribe-  
canus.*



DRIANVS ab Hiluaren-  
beca, quod Campaniae  
Brabantorum celebre  
municipium est, vt pri-  
mum per ætatem licuit,  
Dei seruitio, iuxta sanctum  
institutum Ord. præmonst. apud Middel-  
burgum Zelandiæ sese nuncupavit; puta  
sub annū Domini 1547. quippè moriens  
annum

annum ætatis 40. non excessit. Fuit autem vir quietus, modestus, pacificus; omnibus carus, atq; omninò vitæ p̄batissimæ. Qui annos continuos 25. cum in monasterio exegisset, anno demū 1572. sub festum paschæ, Monasteriū (qui vicus est in extremis Hollandiæ finibus, vbi Mosa in Oceanum influit, situs; ac vulgò *Munster* dictus) administraturus eius loci parochiam, quòd illis Rector eiusdem instituti atque cœnobij monachus (cui etiam Adriano nomen fuerat) paulò ante in viuis esse desisset. Quamuis autem & locus hæresi infectus erat, & proinde multò plus laboris atque inuidiæ, quàm honoris & commodi ex ea administratione potuit expectari; solo tamen obedientiæ nomine nihil tergiuersatus, iniunctam prouinciam promptissimè suscepit, ac nihil moratus itineri se accinxit; aded securus, ut ne quidem ea quæ corpusculi necessitas postulat abstulisset secum, si non à Præposito monasterij, (qui sub Abbate tunc Episcopo Middelburgensi, *Nicolao à Castro* curam fratrum sollicitè gerbat) monitus fuisset. Quum in Hollandiam nauigio proficisceretur, orta tempestate parum absuit à periculo. Sed seruatum eum voluit Dominus, quem ad hoc elegerat,

vt eius

*Genſi à Belgis  
vocan-  
tur heretici  
Caluinista*

vt eius morte paucis post mensibus feſta  
que Eccleſiam clarificaret. Oves ſibi com-  
creditas, quam diu permiſſus eis ad eſſe, vi-  
gilantiſſimè curavit. Eum vnà eis ſubſidia-  
rio preſbytero, contubernali ſuo (de quo  
mox dicemus) eiusq; Patre ſenti, vna nocte  
(quæ ni fallor 7. diem Julij proximè antel-  
ibat) domi ſuæ comprehenſum. Geuſij ſi-  
lata, Brilamauerterunt. Ducebant autem  
eos per vicum quendam. Heiſdam nomine  
Monafterienſi parochiæ ſubditū. Et quod  
forte quaſtum à captiuis ſuis alium non  
ſperarent, illius loci piſcatoribus, vno cer-  
reuiſiæ Idali obvenaleszac, redimendos eos  
offerebant, at nec vnus quiſpiam eorum  
oncio quinque ſimul tantillum pretium pro  
ſuis paſtoribus oues immittes atq; inſignare  
ſoluere voluerunt, pretium inquam ſon-  
ſtiferorum pſhis minus, quod dolium cere  
vniq; poterat æſtimari. Res ſane deploran-  
da, in qua illud conſideratione non indi-  
gnum occurrit, quod Chriſtum quidem  
30. denarijs emerunt Iudæi, vt morti tra-  
derent, hos autem tres viros (in quib. duos  
Chriſti ſacerdotes, eosdem que oues Chri-  
ſti paſtores) totidem nummis redimere  
oues proprias noluerunt, vt morti eriper-  
rent. Brilamigitur aduectis, eorum vnū  
cum Gorcomianis Martyribus canctom

passionemque subierunt. Nominatim vero de Adriano relatum nobis est à nonnullis edne illius carceris ac miseriæ socijs, in eius sermone, vultu, moribus, insignem eluxisse cum pietate modestiam, atque intolerandis iniurijs dignam martyre fortitudinem, adeo ut suo exemplo cæteris captiuis non parum ædificationis attulerit, in quibus vicissim ut par erat, pro suis virtutibus in magna veneratione fuerit habitus.

## CAPVT XXXIX.

**J**acobus cognomine Lacopijs Aldenardie in Flandria Antonio patre natus, in monasterio instituti apud Middelburgenses monachus, prompto subtrique fuit ingenio, quod & humanioribus disciplinis & linguarum studio diligenter excoluit. Principio carus omnibus fuit, omnino ob omnium facultatem qua se iucundum fratribus præbebat, tum ob alias haud contemnendas animi dotes. Præter hæc ætas, forma, statuta effecerunt, ut blandiori vocabulo Jacobellus ab aequalibus vocaretur. Cæterum anno 1566. quo iconomachia repulsa aliquot præcipua Belgii nostri loca peruasit, inter alios alibi multis, Lacopijs quoque, deo sis permittente, qui dilectis suis omnia cooperatur

*Jacobus Lacopijs.*

in bonū, ab hæreticis miserè seduct<sup>9</sup> ac male p̄suasus, p̄ n̄ ū apud fratres in monasterio linguā suā aduersus Ecclesiæ Catholice sacrosancta dogmata iuueniliter, ac petulanter, ne di. ā impiè laxauit, moxq; monasterij desertor apud hæreticos cō. ionā. di munus subiuit, & libellū hæreticū pro. caci stilo cō. scripsit, titulo Desolationis aureæ Legēde. At verò in hac tanta animi cæcitate nō diu eum permanere passus est misericors Deus, sed cito satanæ faucibus ereptum, errabundā ouiculā. aulis Ecclesiæ suæ benignus pastor restituit. Namq; post paucos mēses Iacobus facti pœnitētia ductus, ad monasteriū suum reuersus est veniā errati coram vniuerso fratrum cō. uentu rogauit; err. rē hæresimq; omnem reuocauit, abiurauit execratus est. Scriptū quoq; à se libellū suis ipse manib. in ignem cō. iecit. Post hæc iniunctā sibi pro peccato satisfactionē, & humiliter subiit, & obediēter impleuit. Missus deinde, p̄bri oblit. ranti causa, ad aliud q̄. lam eiusdē ordinis monasterium in Geldrię partib. situm, cui nomen *Insula Maria*, uix tibi, quemadmodum ab illius loci fratrib. accepim<sup>9</sup> honestè, religiosè, & inculpate. Quin etiā nonnulla in eo Monasterio scripta aduersus hæreticos; nimirū studens hac ratione sar.

cire

cire damnū animarū, si q̄ ante seu scripto  
 seu verbo dedisset. Lā sanē, quam dixi mo-  
 nasterii desertionē nescio vnde cognitam  
 fertur Comes Lūmius illi, cū ab ipsis mi-  
 nistris examinaretur, obiecisse; atq; Lūmi-  
 Lacopiū ita respōdisse, vt factū quidē nō  
 negaret, sed ab errore sic se correctum o-  
 stēderet, vt à veritate iā certi⁹ agnita, Deo  
 propitio nulla pēnarū acerbitate se passu-  
 rus esset abstrahi. Fuerat aut̄ Iacobo frater  
 germanus, idē ille q̄ proximē apud Mun-  
 sterienses parochū egerat, vir pius, prudēs  
 & Catholicorū dogmatum apprimē stu-  
 diosus; q̄ & parentes ambos pauperes de-  
 bito prosecutus honore domi apud se alue-  
 rat. Huic Iacobū in pastoralī munere sociū  
 & auxiliarem presbyterū adiungi tandem  
 placuit; ea maximē gratia, vti tū in ijs quæ  
 pietatis sunt, tū in fide Catholica, Iacobus  
 qui dudū infœliciter aberrauerat exēplo  
 atq; institutione domestica magis etiā cō-  
 firmaretur. Qui post fratris obitū, ei⁹ suc-  
 cessori relict⁹ curarū pastoralīū soci⁹ mox  
 beatæ quoq; passionis cū eo cōsors effect⁹  
 est, an. nat⁹ 30. plus min⁹. Itaq; ad hūc mo-  
 dū (vt verbis vtar pij cuiusdā monachi de  
 ijs ad amicū in epist. quadam scribentis)  
 hi duo viri candidi ordinis ambo cādidus  
 in agni sanguine lauerunt stolas suas.

DE EISDEM FRATRIBVS

DVOBVS.

CAP. II. LIB. II

**P**atib; vero post semihora spatio  
 in eundem carcerem detruduntur & ad  
 in duos ecenter de loco sui ministerij illuc  
 à Geufijs aduecti. Erant hi monachi Præ  
 monst. Ord. quoru alter adrianus nomi  
 ne; parochū agebat in ea Hollandie parte  
 qua Mosæ in Oceanum procurrenti dex  
 tera est. Nomen loci Monasterium, quod  
 vulgò *Munster* dicunt. Alter iacobus illi in  
 cura pastoralis subsidiaria nauabas opera  
 uterq; eo missus ex Abbatia, que est Mid  
 delburgi Zeladia celeberrima, penes qua  
 eo loco parochum constituendi erat au  
 storitas. Horum aut captiuitas sic habet.  
 Cum piratæ Geufij, Brila potiti, vicinia  
 quæq; loca percurrerent, rapinis & tem  
 plo rum ac monasteriorum expilationib;  
 intenti, Sacerdotes aut & Monachos  
 quos reperissent, aut trucidarent, aut ca  
 ptiuos secum traherent, Illorum quidam  
 ea nocte, qua captiuorum Gorcomienſiu  
 aduentum proxima præcedebat, flumine  
 transmissi, Monasterium venerant, ubi  
 inuentos duos quos dixi sacerdotes, reli  
 giosos habitu religioso ac regulari, id est,

*Adrianus  
 Hilueribe  
 canus.*

*Iacobus La  
 copius.*



toto cādido vestitos, vna cum Patre Iacobo, viro sene captos, vinctosq; Brilam, secum auexerunt. Qui vt primū sistebātur Comiti, Lūnio magnā is toto corpore prēse tulit insolentiā, animiq; intēperiem. Deinde paululum se cohibens stetit quietus. Mox admirabundo similis, quasi homines illos esse nesciret, quānam ea monstra essent, suos interrogabat. Qui dixerunt, clementissime Domine, sacerdotes & Monachi hostes nostri capitales. Aptissimum sane Epithetō, clementissime siquidem antiphraasticōs interpreteris. Postea Comes de sene, qui vna fuerat adductus, dequē eius Patria sciscitatus, quum Iunioris Monachi parentem esse & patria Flan drum, & Gallicam linguam probē callere audisset, conuerso ad eum sermone: si poteris inquit, filio tuo persuadere, papilmo suo vt renunciet; te simul ac illum solutos ac liberos dimittam. Quo audito Iacobus, qui & ipse Gallicæ linguæ gnarus erat, patris sermonem excipiens respondit, nūquam se ea conditione vitam redempturum. Igitur ait Comes; moriendum tibi est. Cui Iacobus, nequaquam, inquit. Non enim moriemur sed viuemus. Et Comes iterum. An ego potestatem non habeo occidendi te? Ita quidem ait Iacobus occi-

V

dendi

dendi corpus; at non animam semper vituram. Iratus ea responsionis libertate Lūnius, sene abire iusso, quod neque sacerdos esset, neque monachus, monachos duos in carcerem abduci præcepit. Ducti ergo in carcerem cum Catholicæ fidei Confessaribus communem, ad communem quoque certaminis & gloriæ dignitatem vocari se senserunt.

## ITEM CAP. XV.

**P**RODUCTI sunt etiam duo Præmōstratenses, qui de Sacramento corporis & sanguinis interrogati, quod in Ecclesiæ Catholica fuerant edocti, responderunt, Hæreticos contra contendētes, id quod in Cæna dominica sumitur, non aliud esse, quàm panem nudum ac vulgarem, breuiter & solidè redarguerunt ex verbis Paulinis. *Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Tum post aliquantam altercationem (in qua potissimum *Iacobus*, utpote sermone promptior Catholicas partes sustinebat) aduersarij, cum se ratione superatos viderent, maledictis victores suos impetere cœperunt; quanquam & blandimenta verborum, adhibuisse Lumnium accepimus, præcipuè, ut *Iacobum* ab instituto

reuo

reuocaret, quod ea esset & ætas illius, & sermonis & vultus gratia, quæ tyrannicū quoque animum occulta naturæ vi, ad commiserationem moueret. Verū neq; promissis neque terroribus cessit Martyrum Christi fortitudo.

Ad hunc igitur modum sancti viri confessionis atque martyrij sui munere strenuè perfuncti anno 1572. nocte inter octauum & nonum Iulij diem, mediâ, momentaneam hanc vitam gloriosa morte commutantes in Domino, laqueo suspensi, obdormierunt.

Haud abs re fuerit his subnectere breuem nostram dissertatiunculam *de Antuerpiensis Ecclesiæ origine ac progressu*, quod in ea meritò & locum suum ac laudem habeat S. Norbertus.

ANNO  
1172.

